



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Legia Catholica

Roberti, Johannes

Leodii, 1633

52. Wazo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64596)

CATHOLICA. 51

LI. NITHARDVS.

DVæ Parochiales Ecclesiæ,
Sancti Thomæ, & S. Re-
migij, in Ciuitate Leodiensi: &
Sacellum S. Benedicti, in Arce
Dionantensi, hunc Catholicum
fuisse probant.

LII. WAZO.

PLurima sunt quæ huius Ca-
tholicam Fidem probent. E-
go breuissimo compendio hæc
tantum excerpo.

Iudæum disputando supera-
uit. Pro ouibus suis emori per-
optabat, hostibus Ecclesiæ, so-
lo Crucis signo armatus, fre-
quenter sese obijciens. In cau-
sis Ecclesiasticis, non Impera-
toris; sed Romani Pontificis
sententiam attendendam, liber-
rimè coram Imperatore ipso,
C 5 pluri-

pluribus Episcopis, & Proceribus, professus est. Manichæorum insanas hæreses insectatus est, luculentâ epistola ad Episcopum Catalaunensem datâ; qui eum, vt sapientissimum, & maximè Catholicû Antistitem, consuluerat. Ad Imperatorem scripsit, A solo Deo iudicari debere Christi Vicarium Pontificem Romanum.

Ab Imperatore eodem indignè, & non pro Episcopali fastigio, verbis choleram spirantibus, exceptus, liberè respondit, quod Anselmi verbis ponam. *Etsi VVaxonis persona forsitan indigna est honorari; Sacerdotalis tamen gratia, per inunctionem Sacri Chrysmatis, à DEO mihi collata, non deberet inter populares turbas tam inhonestè*
fa-

fatigari. Ad hæc Imperator, indignâti typho respondens: Similiter, ait, & ego oleo sacro, datâ mihi præ cæteris, imperandi potestate, sum perunctus. At venerabilis Presul, iustitiæ tactus fervore, superbientem Regem paucis corripuit: Hactenus, inquiens, vobis incognitum puto, quia quantum vita est morte præstantior, tantum est, nostra inunctio, vestrâ inunctione præstantior: Vobis siquidem criminosos alligandi, & eorum corpora perimendi, revera est collata potestas: nobis peccatores absolvendi, & eorû animas ab eternâ morte resuscitandi, concessa est dignitas. En Wazo! de quo merito eius tumulo Poëta se scripsisse censuit.

Ante

*Antè ruet mundus, quàm
surgat VVazo secundus.
Obijt anno. 1048.*

LIII. THEODVINVS.

ECclesiam Beatæ Mariæ in Hoyo, à fundamentis, vsque ad laquearia, ædificauit, vel restaurauit: & in eiusdem Dei Genitricis honorem dedicauit, cui erat præcipuâ deuotione addictus. Quindecim Canonicis, alios totidem ibidem addidit. Dedicauit etiam Ecclesiam S. Eueruarii Martyris, in Rutis. Reliquias S. Iacobi Apostoli, Compostellâ petijt, & obtinuit: item SS. Bartholomæi, Sebastiani, & Pancratij: quas celebri pompâ & excepit ipse, & ab Ecclesiâ totâ excipi præcepit. *Testati nobis sunt
sæpenumero Maiores nostri,
(inquit*